



Heinricus Bernæ Heluetiorum natus, & à pueris in literis educatus est. Is cum prima rudimenta domi feliciter percepisset, sese excolendi ingenij causa ad exteras nationes contulit, atque libera libus artibus, & in primis arti Poeticae operam nauavit. In ijs quoque adeò profecit, ut inter doctos esset notissimus. Itaque in patriā reuersus, Bernē scholę præficitur, & optimos quosque authores enarrare iubet. id quod ipse bona fide præsticit, ut non immemorit ab Osualdo Myconio in Vita Zwinglii primus fuisse dicatur, qui ludum bonarum literarū in Heluetijs aperuerit. Cum enim priores literas magna dexteritate explicaret, optima quæque adolescē

tum ingenia eius fama percita ad eum Bernam confluxere. Inter eos fuit etiam Huldricus Zwinglius, qui sub hoc præceptore in adyta classycorum scriptorum introductus, & uerborum peperit elegantiam, & rerum cognitionem ac iudicium: sed etiam carminis rationem sibi parauit, ut cum alijs à Heinrico edocitus carmina condere, & ab alijs cōdita iudicare felicissime possent. Extat huius Heinrici quædam epigrammata, atque unum uersu Phaleutio Hendeca-syllabo super morte Zwinglii discipuli sui, cum eiusdem Epitaphio elegiaco. Cum hoc modo per multos annos iuuentutem instituisset, tandem ueneranda canitie insignis apud suos obiit, & honorifice sepultus fuit. In Epist. Oecolamp. & Zwinglii.